



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

VII. Calvinistae Dei confracta imagine, diaboli integrum relinquunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

qui magnam in intellectu & cogitationibus sentiat mutationem? Quod si miser paganus falso hoc obiecto coelestem quandam elevationem sensit; quid verum aliquod obiectum apud Christianum non poterit? Ea est natura nostra velut in centro inferiorum creaturarum consistentis imbecillitas, ut tantum spacium quantum est inter restantes & coelestes, iuxta visibiles & inuisibiles traicere aut emetiri non queat, nisi alius quibusdam eleuetur. Quis vero Moyle illo maior erit, qui faciem Dei, magnum illum & immensum tam potentiam quam gratiam & misericordiam solem, recte obtutu alpice posse? Sed bene habet. Non pauci etiam ex ipsis Ecclesiæ hostibus ab ipsa veritate coacti, fatentur hoc præcepto imaginum vsum non plane prohiberi; sed ita intelligendum esse (vt etiam in Leuitico explicatur) non adorandas esse, id est, ex imagine non esse idolum aut falsum deum faciendum. Bucceus certè post longam de imaginibus disputacionem, ea à se scribi inquit, non cum in finem quod putet Christianis omnem imaginum vsum interdictum esse; sed ideo tantum, quod earum vsum cuperat ita temperari, vt nihil diuinæ gloriae & Ecclesiæ ædificationi derogetur. Idem Spangenbergius in Margarita sua Theologica dicit, idem Urbanus Regius, idem Petrus Martyr: nec plus vel minus Catholicæ eadem de re docent. Non ergo illa iam inter nos etiam & schismatisques quæstio est, utrum imaginum vsum permisus sit, sed tantum quibus modis & ad quid illius vtrendum sit. Soque Lutherani etiam post schisma, imagines in templis retinererunt, Crucifixi præsentim, ut etiam Anglia regida, sicut alibi diximus.

VII. In has tamen aliasque Calvinistæ furorem suum passim effuderunt. Scribunt nonnulli, in oppido quodam Occitanæ Sangilli appellato, Calvinistas, confractis tam Iesu Christi quam aliorum Apostolorum imaginibus, Iudei Iscariotæ tantum imaginem integrum reliquisse. Antwerpia Cruciifixi contracta imagine, Geusij angeli bono cruciatio adstantis imaginem idem confregerunt, ac diaboli, impij, cruciarij animam excipientis, integrum reliquerunt. Idem diversis locis factum, sive digni historici tradunt: semperque diaboli, vel Salvatorem vel Sanctos tentantis, imaginibus partitum, illorum vastatis atque abolitis. Londini Hispanus templum ingressus, quem S. Michaelis Archangeli statuam contractam, Sathanum autem sub pedibus ipsius iacentis adhuc integrum vidisset, ceduto gladio eam punctum ac casum impetrans, ex-

clamasse fuit: Apago, apago! celestissime, non plus quam ceteris tibi hic loci erit. Lindanus Episcopus Ruræmundensis testatur, quum reformationis causa diœcesis suam obiret, vidisse se inter alia Geusiaci furoris monumenta, inter plures sanctorum contractas imagines, solius Sathanæ, tamquam virginem tentantis ibi representati, adhuc integrum, quam apprehensam in terram proiecerit, inquietus: Et tu hinc eiiceris, infelix Sathan. Neque enim fas est vobis mancas, ubi satellites tuū venerabiles Iesu Christi & sanctorum imagines tanto furore confregerunt.

VIII. Sed, quæsto, ô hæretici, ne illud dicite, nos lapides & ligna adorate. Neque enim nos in Crucifixi imagine quidquam aliud adoramus, quam quod per illam nobis representatur. Sed quid? An non ipse S. Augustinus agrotantibus consulit, vt Crucifixi imaginem prope leatum habeat? Ne vos in cordis nostri secreta amplius quamfas est inquiete, quasi nostras ante altaria imaginibus ornata genibus insidentium cogitationes, & oculorum ac manuum voces, vt ita dicam, intelligeretis. Nec vero vetularum quadruplicem aut rusticæ plebis simplicitate amplius abutimini: vt quos ex responsionibus vobis non semel datis, optime nostis non nescire differentiam illam quæ est inter lapidem vel ligum, vel ipsam figuram, & inter id quod per ipsum representatur. Quod si quistamen sit tam supposus ac crassus, qui hac in re errorum committat, is quidem error non Ecclesiæ, sed isti homini imputari debet. Docet enim Ecclesia, vnum solum Deum adorandum esse, imaginibus vero honorem habendum esse ob id quod representant. Sed mittamus ista, de quibus prius ille & doctus vir Ludovicus Richemont abunde scripsit. Sed quid ô suaves homines? Numquid vos ipsi idololatriæ estis, qui Lutheri, Calvini & aliorum imagines in tanta habetis veneratione? Huius quidem imaginem in intimis seminarum etiam, in Gallia cubiculis diligenter videoas & honorifice afferueris; illius vero in Germania non pictura modo expressam, sed caputibus etiam intextam in fenestris, parietibus & atrijs passim, & etiam ipsis librorum operimentis, Crucifixi loco impressam. At inquietunt, se imagines eiusmodi animi tantum causta habere. Sed ô Deum immortalis! An Béza eum fuit, excruciatorum monachorum ac sacrilegorum hominum, etiam collegatum suorum icones in se siccedi, & cum vanissimorum

Kk2 elogio-